

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

Wiegand, Wilhelm

Straßburg, 1879

1215

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

162. *Bischof Heinrich von Straßburg beurkundet, daß der Abtei Königsbruck ein Haus zu Straßburg, das ihr einst der Bürger Gerlach und seine Frau Bertha verliehen hatten, gerichtlich zugesprochen worden sei. 1215 Straßburg.*

Henricus divina favente clementia Argentinensis episcopus. semper et stabilis
 5 est et vivit actio, cujus se facit littera defensorem. innotescat ergo tam presentibus
 quam futuris Christi fidelibus, quod Gerlacus civis noster et Bertha uxor sua domum
 suam in publica curia nostra¹ sitam manu communicata pro remedio animarum
 suarum et parentum ipsorum coenobio sanctimonialium in Kunigsbrucken contulerint.
 et ut hec donatio debitam obtineret firmitatem, jam dictus Gerlacus et Bertha uxor
 10 sua, jure, quod in ipsa area habebant, resignato in manus Rudolphi sculteti et
 Henrici thelonearii fratris sui, a quibus eandem aream tenebant, instanter ab eisdem
 fratribus petebant, quod eandem aream abbatisse dicti coenobii eodem jure, quo ipsi
 eam tenebant, conferrent, videlicet annuatim pro una libra Argentinensis monete.
 nos autem pro divino respectu, cum eadem area nostra sit et de manu nostra
 15 haberi debeat, hoc constituimus, ut, quoad vixerimus, censum majorem supra-
 dicto predictum coenobium de ipsa area non persolvat. decedente vero supradicto
 Gerlaco burgense nostro, quidam heres suus in hereditatem dicte domus succedere
 volebat. quo in presentia nostra constituto, abbatissa etiam dicti coenobii coram
 nobis super eadem causa in judicio comparente, auditis hinc inde allegatis et requi-
 20 sita sententia, possessio jam dicte domus adjudicata est abbatisse dicti coenobii,
 prestito coram nobis in judicio a burgensibus nostris viris honorandis juramento,
 videlicet Hugone Villano, Heinrico Cleingedanc, Sifrido zu Borenfelden^a, quod
 memoratus Gerlacus burgensis noster et Bertha uxor^a sua predictam domum in
 manus domine abbatisse resignaverint et ejus potestati subdiderint. et ne hec
 25 donatio processu temporis importuna calumnia posset revocari aut in oblivionem
 deduci, factum hoc voluimus mandari litteris et tam nostro quam ecclesie nostre
 sigillis fecimus communiri. actum publice anno incarnationis domini 1215, indic-
 tione 3, his testibus: Friderico cantore, Hermanno portario, Ulrico dapifero, Cun-
 rado Vir[necorn]^b, magistris burgensium Eberhardo et Waltero², Alberto Begere,
 30 Dietherico et Alberto, Humberto, Burchardo Seinat^c, Gunthero vicedomno ministe-
 rialibus^d; Burchardo de Ehenheim, Friderico Dispensatore, Erbone iudice, Rudolfo
 sculteto et Henrico fratre suo, Weclone^e iudice, Henrico Cleingedanc, Hugone,
 Gebenone, Sifrido et aliis quam pluribus. datum Argentine.

Aus Würdtwein Nova subs. dipl. X, 286 nr. 110 (ex rotulo abbatiae Regiopontanæ).

35 a) sic! b) Grandidier Virreronn. c) sic! vielleicht Seilere? d) Grandidier monasterialibus. e) Grandidier Weclone.

¹ Darunter dürfte wohl der Fronhof, der Platz vor der Südseite des Münsters, zu verstehen sein.

² Grandidier l. c. bezieht magistris burgensium, indem er dahinter einen Punkt setzt, zu Cunrado Virnecorn. Ist nicht vielleicht auch bei der sehr fehlerhaften Copie anzunehmen, daß die Vorlage magistro gehabt habe?